

diverterint seu declinaverint, iidem archiepiscopus, sui successores et ecclesia necnon capitaneus seu marscalcus vicualia hospicia * ac alia necessaria pro se, dictis gentibus et * comitiva omni iuri et modo, sicut et nos ac sacrum imperium antedictum, possint et valeant licite, libere ac propria auctoritate recipere, non obstante contradiccione seu rebellione cuiusvis.

(2) Quodque archiepiscopus, sui successores et ecclesia Treverensis predicti ad dampna aut aliquod interesse ex premissis seu eorum occasione qualitercumque proveniencia sive facta vel facienda quibuscumque personis, cuiuscumque eciam status, condicionis vel eminencie fuerint, minime teneantur.

XX. Oeffnungsrecht in Wiltberg und anderen Reichsburgern.

K 46 XX: Item recepciones et detenciones per fideles imperii ac nostros in Wiltperg et aliis quibuscumque fortaliciis et municionibus ab ipso regno vel imperio seu aliis dependentibus de prefato archiepiscopo suisque predecessoribus et etiam successoribus et ecclesia Treverensi * pro iuvando se et suos contra suos adversarios et inimicos quoscumque necnon convenciones, promissiones sub quibuscumque formis verborum de voluntate huiusmodi receptantium et retentantium factas et imposterum faciendas approbamus et confirmamus, indulgentes etiam, quod de cetero fieri valeant hinc et inde, cum sibi viderint expedire, dum tamen idem archiepiscopus suiue successores ex huiusmodi receptacionibus contra nos vel bona propria imperii se non iuvent.

Ludwig IV.: *1321 Sept. 17 (Böhmer 2648)
ist wohl Vorlage für die späteren Texte, weicht
aber in der ganzen Stilisierung vielfach ab¹.

L 32 IX und *L 39 VIII: bieten in ihren fast
wörtlich übereinstimmenden Fassungen, abgesehen
von geringen Auslassungen, schon den Text von
K 46; beide fügen hinzu 'in futurum' (vor 'pro
iuvando'), nur L. 39 'et dicti receptantes' (vor 'ex
huiusmodi receptacionibus').

*1346 Dez. 2 (B.-Huber 286 A) II: gleichlautend.

*1354 Jan. 8 (B.-Huber 1740 = 6742).

Quamobrem recepciones . . . dependentibus de venerabili
Baldewino sancte Tveverensis ecclesie archiepiscopo, principe
et patruo nostro karissimo, suisque predecessoribus . . . huiusmodi
recipiencium et retentancium . . . et liberaliter ex certa sciencia
confirmamus . . . iuvent quovismodo. Nulli² . . . nostre

1) Abgedruckt im Anhang als n. I.

2) Pönformel B 1.